Spectabilis Collega!

Hortus instituti nostri literarii per inundationem praeterlapsi veris non exiguum passus est damnum, ad quod pro parte reparandum & pristinum ordinem restituendum tota aestate occupabar, revisionem plantarum consuetam intermittens; hinc factum est: quod conficiendo catalogo seminum in cambium inservientium & tempus & otium defecerit. Utar tamen bonitate Tua, quatenus te perhumaniter rogem velis gratiose quam ocius hic consignata semina e divite horti Tibi commissi elencho mihi transmittere. Qui, omni cum aestimatione & collegiali cultu persevero

Spectabilitati Tuae

Pesthini 12 Martii 839

humill. servus
Jos. Sadler

v Peſt

An die löbliche
Direction des botanischen
Gartens der kaiſ. Universität
in
Padua

30
60
24
114